



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Bavariae Sanctae Volvmen ...**

**Rader, Matthäus**

**Monachii, M.DC.XXIV.**

S. Hademvnda Eberspergensis B. Vlrici Soror.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

## S. HADEMUNDA

EBERSPERGENSIS.

B. VLRICI SOROR.

**H**Ademunda Vdalrici soror Adalberonis I. filia, nupta fuit Marquardo Carinthiae regulo Marquardi filio, qui in primo aetatis flore raptus Hademunda destituit. Quae non abusa tempore & occasione, desertis & in pauperes tributis omnibus rebus mortalibus & fugientibus, totaque dote sua neglecta, peregrinabunda ad Christi incunabula Hierosolymam profecta, ibidemque religiosissime defuncta, plurimis a morte prodigijs inclaruit. Nec plura de hac Diua cognoui. Cuius exemplo motus Vdalricus & ipse secundum vxoris mortem volebat vt supra audisti, virtutem sororis aemulari. Sed aliter visum sacris consultoribus illius, qui alia omnia, non sine rationibus suadebant. Nec enim omnibus omnia sanctorum exempla conueniunt: alia nobis Deus imitanda, alia miranda venerandaque proposuit.

CID. XXIX.  
Iidem qui supra scri-  
pserunt in Richarde  
& Vdalrico.



Q 2

S. EMERL